



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Non timebo milia populi circundantis me, exurge domine saluum me fac,  
deus meus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

euitigilatione, qui dulci somno quiescit, & non moritur? At hic dicit, se nō mortuum, sed dormiuisse, ideo euigilasse. Atq; sicut somnus utilis & necessarius ad meliorum uiriū instaurationem; ut Ambro. in hymno, Artus fessos ut somnus alleuet; Ita mors utilis, & nunc instituta ad meliorem uitam parandā hoc est quod psal. sequente dicer; In pace dormiam & requiescā, quoniam tu dominus singulariter in spe constituisti me. Itaq; in morte, non tam ipsa mors, q; cotidiana uita & resurrectio consideranda est, his qui sunt in Christo; ut iterum Ioh. viii. Qui sermonem meū seruauerit, mortem non uidebit in eternum. Quomodo non uidebit, nonne sentier; non morietur? non utiq; sed uita debet solūmodo somnum; & intentus oculis fidei in resurrectionē, per morte ita labetur, ut ne uideat quidem mortē, & mors (ut dixi) ne mors quidē ei sit. Et iterum Ioh. xj. Qui credit in me, etiā si mortuus fuerit, uiuet. Hac autem omnia in baptismo inchoantur, & in fine uitæ consummantur: Nā (ut apostolus cū Christo, in Ro. vj. dicit) Conseptuli sumus cū illo per baptismū in mortem. Quid credo, morte resur= non solū de morte peccati spirituali intelligi, sed etiā corporali; q; peccatum non moriatur penitus, donec corpus extinguatur, seu ut Paulus loquitur, donec destruatur corpus peccati. Quare ad mortem, statim in baptismo paramur, ut per mortem ad uitam uelocius perueniamus.

Quærerit hic B. Aug. cur in futuro dixerit: Quoniam dominus suscipiet me, sic enim & heb. habet, licet nō a translatio præteritū, suscepit, habeat. Et quāq; uerum sit, q; in prophetis præterita cum futuris miscentur, quo utrumq; signifi- cetur, q; ea quæ prophetantur uentura, scđm tempus futura sum, scđm scien- tiam uero prophetantium, pro iam factis habēda, forte tamen etiam ad consola- tionem & exhortationem nostrā, hoc pertinet. Quod dñs nō solū suscepit, Christū caput nostrū, sed suscipiet eum quoq; in omnibus suis membris eum sequentibus, ut sic in persona sua & omnium nostrum, pro se & nobiscum lo- quī intelligatur. Vox autem ista, hebraica, יְהוָה יְהוָה, quam Hiero- transtulit: suscitauit me; & alibi, sustentat, quandā energiam habet, quam lati- nitas nō reddidit: scilicet, ut Reuchlin interpretaſ, innitetur mihi, accedet, ap- proximabit mihi: quod eum sensum ferme parit: Eum qui moritur non deser- a domino, sed de sursum, uelut manu dei extenta & super eum posita, seruari, ne cadat in profundum, sed potius eruatur & exalteatur, in quo miro artificio exprimis morientis, & dei seruantis modus. Nam qui moritur, uidetur perire, ac uelut deorsum absorberi, sed ibi manus dei desursum approximās, seruat eū ne pereat, ut magis subleuetur in uitam, ac sic sibi quidā perit & cadit, sed deo seruatur & oritur.

Non timebo milia populi circundantis me, exurge domine sal- lum me fac, deus meus.

Hic Epinicij huius, tertius uersus, idem facit quod præcedentes & sequentes, hoc est, affectum illum sancte superbū, & aduersitatis contemptorem nobis commendat, diximus enim hæc dicī in persona eius, qui deo liberatori suo gra- tus & gaudens, laudat & prædicat eius uirtutē & gratiā, per aduersitatis expe- rientiam ita probatus & confirmatus, ut in futurum, nulla mala prorsus uelit formidare, sub tutela dei iamiam cognita & explorata. q; quis autem in Christo surgēte a mortuis, locum non habeāt amplius tribulatio, seu mors, seu milia cir- cūdatis populi, tamē sine dubio affectus huiusmodi in ipso regnat & triūphat, quem in eo

quem in eo prophetari futurum oportuit. Hoc rotum non propter Christum,  
qui non iniquus, sed propter nos, quibus etiam si aliquas uicerimus tribulatio-  
nes, plurime tamen superflunt uincenda. Ideo exhortandi sumus, ut gustata se  
maxime confortati, atque hac ratione mihi uidetur, ita uariare propheta, in tem-  
poribus ueborum, ut tam in praterito dicat: Voce mea clamaui ad dominum,  
& exaudiuit me. Et dormiuit, & somnum cepi, & exurrexi. Iam in futuro: Non  
timebo milia populi, iam in praesenti: Exurge domine, salutum me fac. Ac rur-  
sum, in praterito: Quoniam tu percussisti oes aduersantes mihi &c. ut in perso-  
na Christi patientis quidem hanc dicat, sumul tamen hoc Christi exemplo nos  
erudit, facta & facienda nobis esse eadem. Sic & Ioh. xiiij. pro hora passionis di-  
xit: Nunc aia turbata est, & quid dicas? Pater salufifica me ex hachora; Sed pro-  
perea ueni in hanc horam &c. Breuiter huic tropo afflueſcendū est, q̄ in pro-  
phetis & psalmis simul multa dicuntur, uelut pro eodem tempore, quæ diuer-  
so tempore geruntur. Et quædā pro posteriore tempore, quæ priore facta sunt,  
ut hic in Christi persona: Exurge domine, Saluum me fac; pertinet ante passi-  
onem. Illud uero quod præcedit: Voce mea ad dominum clamaui, & exaudi-  
uit me. Et, Exurrexi &c. pertinet post passionē. Ceterū pro mēbris suis intel-  
liguntur, ut dixi: ex iactabundo & tentationes futuras, animosius expectante  
corde dicta, fiducia diuinæ uirtutis sese armante & exhortante.

Tropus iuxta  
tempora.

Illud notius est, q̄ ut egeat ostendi, q̄ deo non dormienti aut faceti dicatur:  
Exurge, sed uel ut Aug. hic dicit: deo tribuitur, quod in nobis ipse facit, ut ex-  
urgat, dum nos exurgere facit, sicut in prophetis locutus dicitur, quando pro-  
phetas loqui fecit. Et Apostolus iiij. Cor. xiiij. An experimentum queritis eius,  
qui loquitur in me Christus? Vel quod tunc exurgere & uigilare dicit: quan-  
do effectu præsente ostendit se nobis padesse, qui tropus est uulgator priore,  
quo tunc hiera deo in scripturis aliqua dicuntur, quando fieri a nobis aut senti-  
untur aut cognoscuntur: ut Gen. xx. Nunc cognoui q̄ timeas dñm. Et Luce.  
vij, ubi d̄ Maria dixerat, remissa sunt ei peccata multa, postea idē ad eam reue-  
lans dicit: Remittuntur tibi peccata tua. Ita cum nunc deus non adiuuet, ta-  
men inuocatur ut adiuuet, quin ut inuocaretur dedit & adiuit, & ne deficiat caretur dedit  
interim adiuuat, donec adiuuet.

Tropus iuxta  
diuinæ opē-  
rationes,

Videntur autem & hic uersus oppositus primis duobus, ut contra multitudi-  
nem tribulantium dicat: Non timebo milia populi circumdantis me, contra po-  
tentiam insurgentium: Exurge domine, & contra desperationem iactantes;  
Saluum me fac deus meus. Aut melius, hic uersus contra multitudinem tribu-  
lantum ponatur: Sequens contra insurgentū uim, quia dicit: Quoniam tu per-  
cussisti omnium inimicorum meorum maxillam: & ultimus contra suggestio-  
res desperationis dicentes: Non est salus ipsi in deo; utiq̄ domini est salus, &  
super populum tuum, benedictio tua.

Epitasis est in uerbis illis, Non timebo milia populi circumdantis me: ac si  
præ magnitudine affectus in deum fidentis dicat: Non timebo, etiam si non  
modo potens quispiam in populo, sed ipse metu populus quicunq; deinde eti-  
am si multa essent milia populi, atque ut addam, si me unicum & solitarium  
ita cepissent, ut penitus circundatus, nulla parte exitum haberem, nec sic ti-  
mebo, immo secundus ero, non meis uiribus, sed quia tu exurges domine &c.  
Sic in q̄ spiritus sanctus ubiq̄ nos ad fidei & spei in deum magnanimitate be-  
nigniter prouocat.

E Quoniam